

Hnězdno roku 1000: historie jednoho dne

I. Co se událo?

1. Říšská tradice (Jednotlivé prameny, okolnosti jejich vzniku, „chronologie“)

Stema říšských análů. Rukopisy a jejich stáří a dochování.

Annales Quedlinburgenses ad A. 1000. MGH SS. 3, s. 77: „Ille (Ota III.) ... humili devotione in Sclaviam sanctum Adalbertum nuper pro Christo laureatum adiit, eiusque interventum obnixius petiit. Ibi summo conamine a duce Sclavonico Bolizavone susceptus, xenii omnigeni census ubique terrarum studiosissime quaesiti obsequialiter donatur; licet nihil tunc temporis ex his acceperit, quippe qui non rapiendi nec sumendi, sed dandi et orandi causa eo loci adventasset.“

Annales Hildesheimenses ad A. 1000. MGH SRG 8, s. 28: „Imperator Otto III. causa orationis ad sanctum Adalbertum episcopum et martyrem quadragesimae tempore Sclaviam intravit, ibique coadunato sinodo, episcopia septem disposuit, et Gaudentium, fratrem beati Adalberti, in principali urbe Sclavorum Praga ordinari fecit archiepiscopum, licentia Romani pontificis, causa petitionis Bolizlavonis Boemiorum ducis, ob amorem et honorem sui venerandi fratris, digni pontificis et martiris... Pentecostes autem celebritatem digna devocione Aquisgrani feravit; quo tunc ammirationis causa magni imperatoris Karoli ossa contra divine religionis ecclesiastica effodere precepit; qua tunc in abdito sepulture mirificas rerum varietates invenit.“

Annales Altahenses Maiores ad A. 1000. MGH SRG, s. 16: „... causa orationis ad s. Adalbertum episcopum et martyrem Sclaviam intrat, ibi synodo habita septem episcopia disposuit et Gaudentium, fratrem beati Adalberti, monachum archiepiscopum ordinari fecit.“

Lamperti Annales ad A. 1000. MGH SRG 38, s. 48: „Imperator ossa Karoli Magni a pluribus eousque ignorata, invenit. Gaudentius frater Adalberti martiris in Prago archiepiscopus constituitur.“

Vita Meinwerici. Kap. 7. MGH SRG, s. 11. „Ipso anno imperator tempore quadragesimali orationis causa ad sanctum Athelbertum Sclaviam intravit ibique coadunata sinodo VII episcopia disposuit et Gaudentium monachum, fratrem beati Athelberti archiepiscopi, qui ante triennium a Prucis martirizatus fuerat, in Prago archiepiscopum constituit.“

Translatio s. Adalberti. MGH SS 15. 2, s. 708: „... imperator una cum episcopis et sacerdotibus et qui secum aderat clero, cuncto se committante exercitu, precedentibus crucibus et euvangelis plenisque aromatum turibulis, reverenter ac suppliciter, devotus ac festinus occurrit; Deum laudantium ymnosque pro tantis collatis celitus beneficiis voces canencium undique resonabant.“

Annales Hildesheimenses ad A. 1041. MGH SRG 8, s. 45: „Heinricus ducem Boemie Fratislaum bello petit, sed multis proceribus et militibus in prestructione silvae et ultra occisis vel captis, nil dignum efficere potuit. Petrus quoque Ungariorum rex eidem duci contra Heinricum regem auxilia misit.“

Annales Hildesheimenses ad A. 1042. MGH SRG 8, s. 45: „... rebellem ducem obsides dare et ipsum post se Radisponam ad deditionem humiliter venire sibi iureiurando fidelitatem servitiumque confirmare coartat.“

Diplomata Ottonis III. MGH DD 2. 2, č. 349, s. 778-.

2. Magdeburská tradice (Jednotlivé prameny, okolnosti jejich vzniku, „chronologie“)

Vznik magdeburského arcibiskupství (968): Podřízená biskupství, záměr císaře. Biskupství v Merseburku. Thietmar z Merseburku jako velmož a biskup. Kronika Thietmara z Merseburku jako historický pramen, vč. okolností jejího dochování. *Annales Magdeburgenses*.

Thietmari Chronicon IV. 45, s. 182-184: „*Qualiter autem cesar ab eodem (Boleslava Chrabrého) tunc susciperetur et per sua usque ad Gnesin deduceretur, dictu incredibile ac ineffabile est. Videns a longe / urbem desideratam nudis pedibus suppliciter advenit et ab episcopo eiusdem Ungero venerabiliter susceptus aecclesiam introducit, et ad Christi gratiam sibi inpetrandam martyris Christi intercessio profusis lacrimis invitatur. Nec mora, fecit ibi archiepiscopatum, ut spero legitime, sine consensu tamen prefati presulis, cuius diocesi omnis haec regio subiecta est, commitens eundem predicti martyris fratri Radimo eidemque subiciens Reinbernum, Salsae Cholbergensis aecclesiae episcopum, Popponem Cracuaensem, Iohannem Wrotizlaensem, Vungero Posnaniensi excepto; factoque ibi altari sanctas in eo honorifice condidit reliquias.*“

Thietmari Chronicon IV. 46, s. 184: „*Perfectis tunc omnibus imperator a prefato duce magnis muneribus decoratur et, quod maxime sibi placuit, trecentis militibus loricatorum. Hunc abeuntem Bolizlavus comitatu usque ad Magadaburg deducit egregio, ubi palmarum sollempnia celebrare peracta sunt.*“

Thietmari Chronicon IV. 59 (38), s. 198: „*Inperatoris autem predicti gratia et hortatu gener Heinrici, ducis Bawariorum, Waic in regno suimet episcopales cathedras faciens, coronam et benedictionem accepit.*“

Gesta archiepiscoporum Magdeburgensium. Kap. 14. MGH SS 14, s. 390: „*... imperator, ad illius (Adalberti) limina causa orationis est profectus cum imperialibus donis; ubi a Bolizlao duce magnifice susceptus est et Gnesim usque perductus, in qua, eodem duce emente, a loco interfectionis translatum pausabat prefati martiris corpus. Hanc ergo urbem devotus imperator, occurrente sibi loci episcopo, nudis pedibus intravit et post lacrimosam ad sanctum Adelbertum orationem nova illum institutione, id est archiepiscopatus in eodem loco fundatione, sed non legitima, honoravit. Nam tota hec provincia unius Poznaniensis episcopi erat parrochia, et ipsa cum omnibus futuro tempore illic fundatis episcopatibus auctoritate primi Ottonis imperatoris et pontificum apostolice sedis metropolitano Magdeburgensis archiepiscopii fuerat subiecta. Hanc ergo sine utrorumque episcoporum consensu iste imperator in quinque dividens episcopatus, in ipsa urbe Gnezi Gaudentium, beati Adalberti germanum, consecrari archiepiscopum fecit eique tres alios episcopos in tribus locis, id est Slazcholberg, Crakowe, Wortizlave, ordinatos subiecit. Poznaniensem vero episcopum non assentientem priori iuri et Magdeburgensis archiepiscopi subiectioni reliquit.*“

3. Domáci polská tradice (Jednotlivé prameny, okolnosti jejich vzniku, „chronologie“)

Kronika Galla Anonyma a její doba. Otázka existence nedochovaného života sv. Vojtěcha. Nejstarší česká a polská analistika.

Galli Anonymi Chronicon. Kap. 6. MPH N. S. 2, s. 11-12: „Quem (Otu III.) Boleslavus sic honorifice et magnifice suscepit, ut regem, imperatorem Romanum ac tantum hospitem suscipere decens fuit. Nam miracula mirifica Boleslavus imperatoris in adventu praeeparavit; acies inprimis militum multimodas, deinde principum in planities patiosa quasi choros ordinavit ... Cuius gloriam et potentiam ei divitias imperator Romanus considerans, admirando dixit: „Per coronam imperii mei, maiora sunt, quae video, quam fama percepi“; suorumque consultu magnatum coram omnibus adiecit: Non est dignum tantum ac virum talem, sicut unum de principibus, ducem aut comitem nominari, sed in regale solium glorianter reditum diademate sublimari. „Et accipiens imperiale diadema capitis sui, capiti Boleslavi in amicitiae foedus imposuit, et pro vexillo triumphali clarum ei de cruce Domini cum lancea sancti Mauricii dono dedit, pro quibus illi Boleslavus sancti Adalberti brachium redonavit. Et tanta sunt illa die dilectione coniuncti, quod imperator eum fratrem et cooperatorem imperii constituit et populi Romani amicum et socium appellavit. Insuper etiam in ecclesiasticis honoribus quicquid ad imperium pertinebat in regno Polonorum vel in aliis superatis ab eo vel superandis regionibus barbarorum suae suorumque potestati concessit, cuius pactionis decretum papa Silvester sanctae Romanae ecclesiae privilegio confirmavit. Igitur Boleslavus in regem ab imperatore tam gloriose sublimatus, inditam sibi liberalitatem exercuit, cum tribus suae consecrationis diebus convivium regaliter et imperialiter celebravit, singulisque diebus vasa omnia et suppellectilia transmutavit, aliaque diversa multoque pretiosiora praesentavit. Finito namque convivio, pincernis et dapiferis vasa aurea et argentea, ... congregare praecepit et imperatori pro honore non pro principali munere, praesentavit; ... Insuper etiam alia plura dedit vasa ..., pallia vero diversi coloris, ornamenta generis ignoti, lapides pretiosos et huius modi tot et tanta praesentavit, quod imperator tanta munera pro miracula reputavit ... Imperator autem laetus magnis cum muneribus ad propria remeavit ...“

Miracula s. Adalberti. Kap. 9. MGH SS. 4, s. 615: „... exceptus est in magnificentia et gloria magna a prefato duce Polone Boleslao. Stravitque ei viam publicam de baldekinis et sammitis diversisque preciosis sericis ornamentis a duo magna miliaria usque in Gnesen in templum ad tumbam sancti Adalberti.“
„Videns autem christianissimus augustus circa eundem ducem tantam diviciarum opulentiam ... dixit ad principes qui secum erant: Magis decet talem principem esse consortem imperii quam subiectum.“ Sumptoque dyademate de capite suo, imposuit super caput ipsius, de consensu principum presencium ipsum regem Poloniae coronavit.“

Chron. Polono-Silesiac. MGH SS 19, s. 558: „Mesico (!) Ottonem imperatorem tertium ... triduo convivio adeo decenter pertractavit, quod imperator, liberalitate illius delectatus, eum infra prandium in mensa residens coronavit suo dyademate, et sic imperii feudalem fecit.“

Annales Cracovienses Compilati ad A. 1002. MGH SRG, s. 36: „Sanctum Adalbertum Octo Rufus III. visitat et Boleslaum nimio desiderio vidit. Iste Boleslaus a predicto imperatore in regem sublimatus sibi liberalitatem exercuit.“

4. Další větve tradice

Legenda Stephani maior. Kap. 5. SRH 2, s. 380-381: „Nascitur interea predictus a Domino principis filius, quem secundum prophetam, antequam in utero conciperetur, novit Dominus. Hunc Deo dilectus Adalbertus episcopus crismali baptismate secundum credulitatis sue veritatem intinxit et susceptor eius fuit. Nomen sibi inpositum est Stæphanus, quod / alienum a consilio Dei non credimus, Stephanus quippe Grece, coronatus sonat Latine. Ipsum quod et in hoc seculo Deus voluit ad regni potentiam, et in futuro corona beatitudinis semper permanentis redimere decrevit ad percipiendum iugis indeficientem gloriam. Crevit infans regali nutritus educatu, qui transvadata pueritia, postquam primum gradum adolescentie transcendit, convocatis pater suus Ungarie primatibus cum ordine sequenti, per communis consilium colloqui filium suum Stephanum post se regnaturum populo prefecit et ad hoc corroborandum a singulis sacramentum exægit. Post hec plenus dierum anno dominice incarnationis dcccc xc VII. seculi nequam erumpnas cælesti mutavit gaudio, et eodem anno Beatus Adalpertus episcopus causa predicandi verbum Dei Pruziam ingressus est, et ibidem cum palma martyrii coronatus est.“

9, s. 384: „Quinto post patris obitum anno, divina sic volente clementia, benedictionis apostolice litteris allatis, presulibus cum clero, comitibus cum populo laudes congruas acclamantibus, dilectus Deo Stephanus rex appellatur et unctione crismali perunctus, diademate regalis dignitatis feliciter coronatur. Post acceptum imperialis excellentie signum, qualis vite vir et discretionis fuerit, cum episcopis et primatibus Ungarie statutum a se decretum manifestum facit, in quo scilicet uniuscuiusque contrarium dictavit antidotum. Et, ut pacis, per quam Christus mundum coadunavit, se fore probaret filium, quod nullus alium hostiliter invaderet, nemo inimicum sine iudicii examinatione lederet, viduas et orphanos nullus obrimeret, subscriptione federis non pereuntis posteris suis reliquid stabilitum.“

Ademari Cabannensis Chronicon. Ed. P. BOURGAIN. Turnhout 1999 (= Ademari Cabannensis Opera omnia 1 = Corpus Christianorum. Continuatio mediaevalis 129) rec. α, linea 193: „Eo tempore Otone secundo moriente, Oto filius eius tercius actu et nomine imperium assumpsit; qui philosophiae intentus et lucra Christi cogitans ut ante tribunal iudicis duplicatum talentum redderet, Dei voluntate populos Ungriae una cum rege eorum ad fidem Christi convertere meruit.“

Redakce β a γ, III. 31, (cca. s. 154) linea 1-103: „Etenim erant ei duo episcopi reverentissimi, sanctus videlicet Adalbertus archiepiscopus de civitate Pragra, que est in provincia Bevehem, sanctus etiam Brunus episcopus de civitate Osburg, que est in provintia Baioarie, consanguineus ejusdem imperatoris. Nam sanctus Adalbertus parvus statura, sanctus Brunus procerus corpore erant. Et quandocumque sanctus Adalbertus in aula imperatoris interesset, nocte intempesta solus ad silvam abiens, ligna propriis humeris, pedibus nudis, deferebat, nemine sciente, ad hospitium suum. Que ligna vendens victum preparabat sibi. Quod cum post multos imperator comperiens dies, cum pro sancto duceret, die quadam solito locutus cum eo, dixit jocando: "Talis episcopus sicut vos estis debuisset pergere ad predicandum Sclavorum gentes". Mox episcopus, pedes imperatoris deosculans, ait se hoc incipere, nec postea imperator eum avertere potuit ab hac intentione. Et rogante ipso episcopo, ordinatus est pro eo in urbe Pragm archiepiscopus quem elegerat ipse, et libenter imperator assensit. Et preparatis omnibus necessariis, pedibus nudis abiit in Pollianam provinciam, ubi nemo Christi nomen audierat, et predicare cepit evangelium. Quod exemplum ejus secutus Brunus episcopus, petiit imperatorem ut pro eo juberet consecrare in sede sua episcopum quem elegerat, nomine Odolricum. Quo facto, et ipse humiliter abiit in provinciam Ungriam que dicitur Alba Ungria ad differendam alteri Ungrie Nigre, pro eo quod populus est colore fusco velut Etiopes. Sanctus denique Adalbertus convertit ad fidem Christi quattuor istas provincias, que antiquo paganorum errore detinebantur, scilicet Pollianam, Sclavianiam, Waredoniam, Cracoviam. Quas postquam fundavit in fide, abiit in provintiam Pincenatorum, ut eis predicaret Dominum. Illa gens nimium idolis effera, postquam VIII dies ad eos venerat et Christum eis adnunciare ceperat, nono die reperientes eum orationi incumbere, missilibus que ferreis confodientes, Christi martirem fecerunt. Deinde secto capite, corpus ejus in lacum magnum demerserunt, capud autem bestii in campum projecerunt. Angelus autem Domini accipiens caput posuit juxta cadaver in ulteriorem ripam; ibi immobile et intactum et incorruptum permansit, quousque negociatores navigio per illum locum preterirent. Qui auferentes sanctum thesaurum, patefecerunt in Sclavianiam. Quo comperto rex Sclavanie nomine Botesclavus, quem ipse sanctus Adalbertus baptizaverat, datis magnis muneribus capud et cadaver excepit cum honore, et monasterium in ejus nomine maximum construxit, et multa miracula fieri ceperunt per eundem Christi martirem. Passus est autem sanctus Adalbertus XXIII-o die mensis aprilis, idest VIII Kal. mai.

Sanctus autem Brunus convertit ad fidem Ungriam provinciam aliam, que vocatur Russia. Regem Ungrie baptizavit, qui vocabatur Gouz, et mutato nomine in baptismo Stephanum vocavit; quem Oto imperator in natali protomartiris Stephani a baptismate excepit, et regnum ei libere habere permisit, dans ei licentiam ferre lanceam sacram ubique, sicut ipsi imperatori mos est, et reliquias ex clavis Domini, et lanceam sancti Mauricii

ei concessit in propria lancea. Rex quoque supradictus filium suum baptizare jussit sancto Bruno, imponens ei nomen sicut sibi Stephanum. Et ipsi filio ejus Stephano Oto imperator sororem Eenrici, postea imperatoris, in conjugio dedit.

At vero sanctus Brunus, cum ad Pincenates properavisset et Christum predicare cepisset illis, passus est ab eis, sicut passus fuerat sanctus Adalbertus. Nam Pincenati, diabolico furore sevientes, viscera omnia ventris per exiguum foramen lateris ei extraxerunt, et fortissimum Deo martirem perfecerunt. Corpus ejus Russorum gens magno precio redemit, et in Russia monasterium ejus nomini construxerunt, magnis que miraculis coruscare cepit. Post paucos dies, quidam Grecus episcopus in Russiam venit et medietatem ipsius provincię, que adhuc idolis dedita erat, convertit, et morem grecum in barba crescenda et ceteris exemplis eos suscipere fecit. Odolricus autem, qui sancto Bruno successerat, ad Dominum migrans, magnis virtutibus clarere meruit, ideo que monasterium foris civitatem Osburg ejus nomini construxit item Brunus, successor ejus, frater Eenrici imperatoris. Eadem vero urbs apud Romanos vocatur Valentina, ab imperatoris nomine qui eam condidit primus. Quibus diebus Oto imperator per somnum monitus est ut levaret corpus Caroli Magni imperatoris, quod Aquis humatus erat; sed, vetustate obliterate, ignorabatur locus certus ubi quiescebat. Et peracto triduo jejunio, inventus est eo loco quem per visum cognoverat imperator, sedens in aurea cathedra intra arcuatam speluncam infra basilicam Marie, coronatum corona ex auro et gemmis, tenens sceptrum et ense ex auro purissimo, et ipsum corpus incorruptum inventum est. Quod levatum populis demonstratum est. Quidam vero canonicorum ejusdem loci Adalbertus, cum enormi et procero corpore esset, coronam Caroli quasi pro mensura capiti suo circumponens, inventus est strictiori vertice, coronam amplitudine sua vincentem circulum capitis. Crus proprium etiam ad cruris mensuram regis dimetiens, inventus est brevior, et ipsum ejus crus protinus divina virtute confractum est; qui supervivens annis XL, semper debilis permansit. Corpus vero Caroli conductum in dextro membro basilicę ipsius, retro altare sancti Johannis Baptiste, et cripta aurea super illud mirifica est fabricata, multis que signis et miraculis clarescere cepit. Non tamen sollempnitas de ipso agitur, nisi communi more anniversarium defunctorum. Solium ejus aureum imperator Oto direxit regi Botisclavo pro reliquiis sancti Adalberti martiris. Rex autem Botisclavus, accepto dono, misit imperatori brachium de corpore ejusdem sancti, et imperator gaudens illud excepit, et in honore sancti Adalberti martiris basilicam Aquisgrani construxit mirificam et ancillarum Dei congregationem ibi disposuit. Aliud quoque monasterium Romę construxit in honore ipsius martiris. “

II. Francká říše a její pokračovatelé jako „impérium“.

1. Východní sousedí a Widukind

III. 74, 150: *Cuius mater (arcibiskupa Viléma, syna Oty I.), licet peregrina, nobili tamen erat genere procreata. I. 36, 52-53 Quo facto omnes barbarae nationes erectae iterum rebellare causae sunt. Ad quam ferocitatem reprimendum traditur exercitus cum presidio militari Bernhardo, cui ipsa Redariorum provincia erat sublegata...*
... *In prima quidem fronte legatus in barbaros inpetum faciens, sed cum pauci non prevaletent adversus innumerabiles, reversus est ad exercitum referens, quia barbari non plures haberent equites, peditum innumerabilem multitudinem et nocturna pluvia in tantum inpeditam, ut vix ab equitibus coacti ad pugnam procederunt.*

Čechové a Poláci nikdy neoznačeni jako barbaři; vládci Čechů, Moravanů a Polanů: v celku pozitivně hodnocení reges

I. 35, 50: *Post haec (Jindřich Ptáček (919-936) Pragam adiit cum omni exercitu Boemiorum urbem, regemque eius in deditionem accepit; de quo quaedam mirabilia predicantur, quae quia non probamus, silentio tegi iudicamus.*

II. 3, 68-71: *Interea barbari ad novas res molendas desaeviunt, percussitque Bolizlav fratrem suum, virum Christianianum et, ut ferunt, Dei cultura religiosissimum, timensque vicinum subregulum, eo quod paruisset imperiis Saxonum, indixit ei bellum. Qui misit in Saxoniam ad exostulandam sibi auxilia... Perduravitque illud bellum usque ad quartum decimum regis imperii annum; ex eo regi fidelis et utilis permansit.*

III. 8, 108 *Illo tempore rex proficiscitur in militiam contra Bolizlavum regem Boemiorum... Considerata itaque virtute regis ac innumera multitudine exercitus, Bolizlav urbe egressus maluit tantae maiestati subici, quam ultimam perniciem pati. Sub signisque stans et regem audiens responsasque reddens, veniam tandem promeruit. Inde plena victoria gloriosus factus, rex Saxoniam regreditur.*

III. 69, 143-145 *Audiens autem Wichmanus urbem captam sociosque afflictos ad orientem versus iterum se paganis immersit, egitque cum Sclavis qui dicuntur Vuloini, quo-/modo Misacam amicum imperatoris bello lascesserent; quod eum minime latuit. Qui misit ad Bolizlavum regem Boemiorum – gener enim ipsius erat – accepitque ab eo equitum duas acies... Optimates autem istium („Poláků“) cum eum repperissent, ex armis agnoscunt, quia vir eminens esset. Interrogatusque ab eis, quisnam esset, Wichmanus se professus est. At illi arma deponere exhortati sunt. Fidem deinde spondent salvum eum domino suo presentari hocque apud ipsum obtinere, quatinus incolumen imperatori restituat. Ille, licet in ultima necessitate sit constitutus, non inmemor pristinae nobilitatis ac virtutis, dedignatus est talibus manum dare, petit tamen, ut Misaco de eo adnuntent: illi vele arma deponere, illi manus dare. Dum ad Misacam ipsi pergunt, vulgus innumerabile eum circumdat eumqua acriter impugnat. Ipse autem, quamvis fessus, multis ex eis fuis, tandem gladium sumit et potiori hostium cum his verbis tradidit: „Accipe“, inquit, „hunc gladium et defer domino tuo, quo pro signo victoriae illum teneat imperatorique amico transmittat, quo sciat aut hostem occisum irridere vel certe propinquum deflere.“ Et his dictis, conversus ad orientem, ut potuit, patria voce Dominum exoravit...*

Fidelis II. 1, 64: *...duces ac profectorum principes cum caetera principum militum manu congregati in sexto basilicae Magni Karoli cohaerenti collocarunt novum ducem in solio ibidem constructo, manus ei dantes ac fidem pollicentes operamque suam contra omnes inimicos spondentes, more suo fecerunt regem.*

III. 5, 107: *Huga autem expertus potentiam regis virtutemque Saxonum non passus est ultra terminos suos hostiliter intrare, sed pergenti in eadem expeditionem anno sequenti occurrit iuxta fluvium qui dicitur Car, manus dedit iuxtaque imperium regis pactum iniit, utilisque proinde permansit.*

Viz III. 3, 71

(77: Auch die Beziehungen Polens und Böhmens sieht er unter den Ansprüchen der servitia und der utilitas für den deutschen Herrscher. Gebunden in einer traditionellen Form der Identität betrachtet er als einzige Zugangsmöglichkeit für fremde kulturelle und politische Gemeinschaften zur eigenen den Stand der servitus in zwei Abstufungen.)

2. Východní sousedí a Thietmar

Thietmari Chronicon IV. 2 (2). MGH SRG N. S. 9, s. 132: *„auxillium sibi (Jindřichovi II. Svárlivému) deinceps ut regi et domino cum iuramentis affirmantes.“*

Thietmari Chronicon II. (9), s. 54: „Gero Orientalium marchio Lusizi et Selpuli, Misecnem quoque cum sibi subiectis imperiali subdidit dicioni.“

Thietmari Chronicon V. 10, s. 232: „*Quam inique comparandi sunt antecessores nostri et contemporales! Vivente egregio Hodone pater istius Miseco domum, qua eum esse sciebat, crusinatus intrare vel eo assurgente numquam presumpsit sedere. Deus indulgeat imperatori, quod tributarium faciens dominum ad hoc umquam elevavit, ut, oblita sui genitoris regula, semper sibi prepositos auderet in subiectionem paulatim detrahere vilissimoque pecunie transeuntis inscatos amo in servitutis libertatisque detrimentum capere.*“

III. Jak založit arcibiskupství? Úcta ke Kristu, k apoštolům a k „římské“ tradici.

„*Canaparii*“ *Vita s. Adalberti*. Kap. 28, 42: „*Sum natiuitate Sclauus, nomine Adalbertus, professione monachus, ordine quondam episcopus, officio nunc uester apostolus.*“

„*Canaparii*“ *Vita s. Adalberti*. Kap. 30, 47: „*Passus est autem sanctus et gloriosissimus martyr Christi Adalbertus VIII kal. Mai, imperante domino Ottone tercio, io et clarissimo cęsare.*“

Thietmari Chronicon V. 10, s. 232: „*Imperator autem Rome certus de hace re effectus; condignas Deo supples retulit odas, quod suis temporibus talem sibi per palmam martyrii assumpsit famulum.*“

Gallus I. 6, 18: „*Illud quoque memorie commendandum estimamus, quod tempore ipsius Otto Rufus ad s. Adalbertum orationis et reconciliationis gratia simulque gloriosi Boleslai cognoscendi famam introiuit.*“

Diplomata Ottonis III. MGH DD 2. 2, č. 344, s. 774: „*Otto tercius servus Iesu Christi et Romanorum imperator secundum voluntatem Dei salvatoris nostrique liberatoris.*“

Římanům 1. 1: „*Paulus servus Iesu Christi, vocatus apostolus.*“

Efezským 1. 1: „*Paulus apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei.*“

1. Timájským 1. 1: „*Paulus apostolus Iesu Christi secundum imperium Domini salvatoris nostri.*“

Ademari epistola de apostolatu sancti Martialis. PL 141, kol. 90-91: „*Martialis ipse est naturalis apostolus, non, sicut, sicut canes oblatrantes dicunt, novus, sed antiquissimus atque per omnia a Christo post XII apostolos prioes electus; sed non solus apostolus, sed etiam Christi in carne discipulus, et beati Petri principis apostolorum condiscipulus. Majus est enim esse in carnem discipulum Christi, quam apostolum post ascensionem Christi. Multos enim nemo peritus ignorat fuisse pseudoapostolos et veritatis apostolos post ascensionem Christi, qui nequaquam fuerunt tamen in carne discipuli Christi.*“

Papsturkunden, sv. 2, č. †591, s. 1116: „*Cum igitur apostoli nomen non sit numeri sed officii, quicumque revelante, Deo ad praedicandum mittitur et sua pia exhortatione et exemplo commissione sibi divinitus populum a potestate diaboli liberat, non incongrue apostolus dici potest, quia apostolus missus est.*“

Diplomata Heinrici II. MGH DD 3, č. 99, s. 124: „*... per preceptum senioris et antecessoris nostri tertii Ottonis illo concessa fuerant ...*“

Inventio atque translatio sanctorum Abundii et Abundantii ex codice Arianensi descripta: „*... imperante domno nostro piissimo et aeterno Augusto, Othone magno III Imperatore, anno primo sanctissimi ac beatissimi apostolici summi pontificis Silvestri papae Urbis Romae... Quo audito rex, ardorem tanti martyris non ferens, cum senatu Romano et episcopi et clericis extra montes in Sclavoniam perguit ad educendas Romam reliquias beati martyris Adalberi. Qui manus eius auferens auro et gemmis mire exornavit et Ecclesiam nomine eius inter duos pontes fabricavit et magnae dignitati tradidit, nec non ortum eius, actus et passionem mira arte composuit et in libello scribi fecit. ... Tunc incepit inquerere [imperator] corpora sanctorum martyrum et praecepit ut ubicunque inventa fuissent, ad ecclesiam beati Adalberti deportarentur...*“

Miracula s. Germani episcopi Antissiodorensis auctore Herico monacho II. 117. PL 127. Paris 1879, kol. 1262: „*... optimum facto iudicatum est, ut supra memoratae martyrum reliquiae necnon et corpora beatorum pontificorum Altissiodorensium, olim in ipsa ecclesia tumulata, transferrentur in cryptas, et circa corpus beatissimi Germani precipua officii diligentia condorentur: divina mente, probo consilio; ut quos eadem coeli*“

regina continet, ejusdem quoque in terris habitaculi capacitas sociaret. Factum ita est; et dextro quidem latere, id est plaga australi, ossa beati Urbani papae...“

1. Arcibiskupství, metropole, biskupství: Ke hierarchii církve a k jejímu vztahu ke státní správě.
2. Otta III. jako služebník Kristův.
3. Svatovojtěšské ostatky a úcta k nim.

Thietmari Chronicon IV. 47 (29), s. 184: „Imperator antiquam Romanorum consuetudinem iam ex parte magna delatam suis cupiens renovare temporibus, multa faciebat, quae diversi diversae sentiebant. Solus ad mensam quasi semicirculus factam loco caeteris eminentiori sedebat. Karoli cesaris ossa ubi requiescerent, cum dubitaret, rupto clam pavimento, ubi ea esse putavit, fodere, / quosque haec in solio inventa sunt regio, iussit. Crucem auream, quae in collo eius pependit, cum vestimentorum parte adhuc imputribilium sumens, caetera cum veneratione magna reposuit.“

IV. Ota III. v Hnězdně.